

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CLII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

vnn zwenzig vnn ander die borger von Friberg. Dix geschach ze Fri-  
 burg dez iares, do man zalte von Gottes gebvrte, zwelfhundert. vnn zwö-  
 vnn siebenzig iare. An dem Samstag vor sante Jacobes tage.

Nota. Cum membrana hac conspirant, quæ refert Albertus Argent. Chron.  
 pag. 99.

---

 CLII.

RUDOLPHI I. MARCHIONIS DONATIO COENOBIO  
 GOTTSAU FACTA.

---


 A N N O M C C L X X I I.
 

---

*Ex Gamanfii Mss.*

**N**OS RUDOLPHUS Dei gratia *Marchio de Baden* considerantes quod  
 res mundanæ cum mundo transeunt, nec coronam possunt reddere  
 quam promittunt, igitur constare volumus præsentium inspectoribus  
 universis, quod nos divina gratia adspirante ad laudem Dei & matris  
 nostri Salvatoris lampadem in sacro Sancto cœnobio Godougiensi ordinis  
 S. Benedicti, ante altare B. Virginis illibatæ lucere statuimus, in re-  
 missionem omnium nostrorum peccaminum ac etiam nostrorum progeni-  
 torum, ut videlicet lampadis splendor diem atque noctem illuminet,  
 in omnes horas, & ad hujus luminis impetrationem dicto cœnobio duo  
 talenta hallensium de villa nostra novali sive Neüretüth annis singulis da-  
 ri statuimus de nostris censibus villæ dictæ &c. Confitemur etiam in his  
 scriptis nos legasse ad subsidium dominorum & ad laudem Virginis Dei ma-

tris minutam decimam villæ nostræ Linckenheimb in omnes annos eorum  
 usibus profuturam; ne autem dominis aut cœnobio sæpe dicto, de no-  
 stris successoribus aliqua calumnia possit imposterum suboriri præsentem  
 cedula[m] signavimus & eam habere nostri sigilli facimus firmitatem.  
 Acta sunt anno Domini MCCLXX. secundo, in castro Grecingen Fer. 4.  
 festo quatuor temporum, circa festum Sancti Apostoli Matthæi.



### CLIII.

RUDOLPHUS MARCHIO BADENSIS CONCILIATUR  
 CUM IIS, QUI MUNITIONES SELSE ET SELDE-  
 NOWE DESTRUXERANT.

A N N O M C C L X X I V.

*Ex Cod. dipl. membr. Civit. Argent. de Anno 1370. Fol. (a)*

**N**os RUDOLPHUS *Marchio de Baden* ad univerforum notitiam vo-  
 lumus pervenire publice profitentes, quod nos universis ad deva-  
 stationem munitionum nostrarum Selse & Seldenowe cooperantibus qui  
 ex jussu & mandato serenissimi Domini nostri Rudolphi Romani Regis ad  
 hoc venerunt, videlicet E. & F. Comitibus de Liningen, H. Comiti  
 & filiis suis, W. et E. Comitibus de Geminiponte, domino Ph. de  
 Bonlandia, domino H. de Fleckenstein, Hundi, H. fratri suo Store  
 Symoni

(a) Legitur quoque hæc Charta in WENCKERY *appar. & instruct. archiv.* p. 180.